

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia lenensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXVII. De Homicidio Illivsqve Crimine Etc.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

TIT. XXVII.

DE

HOMICIDIO ILLIVSQUE
CRIMINE ETC.

MEMBRVM I.

DE

HOMICIDIO IN GENERE.

§. CCCXXIV.

Homicidium est factum, quo hominis Homicidii anima diuellitur a corpore.

§. CCCXXV.

Vnde hæc fluunt axiomata:

I. In hominem committitur homicidium.

II. Qui mortem homini attulit, homicida est.

§. CCCXXVI.

Ex primo axiomate (§. pr. 1.) non abs reus est, re infero, (1) in monstrum *k*) & hominem qui hominem mortuum *l*) nullum committi homicidium; (2) sexum, ætatem, conditionem, religionem aut statum hominis qui occiditur, nihil quicquam addere aut detrahere homicidio *m*). Itaque homicidium committi potest (a) tam in christianos quam Iudæos *n*), aliosque infideles, (b) in libe-

k) BERGER Elect. Iur.
Cr. p. I. p. 97. VISCHER
c. I. p. 498.

l) VISCHER c. I. p. 497.
m) Id. c. I. p. 492.
n) I. P. S. III, 7.



in liberos & proprios homines o), (c) in sanos & agonizantes p), (d) in inimicos & amicos interuenientes, (e) masculos & feminas, (f) natos & nascituros, dummodo hi iam formati sint ac uitales q); & denique (g) in omnibus numeris corpore perfectos non magis quam in eos, in quibus formandis natura aliquantulum, ampliando aut imminuendo membrorum numerum, aberrauit r).

§. CCCXXVII.

cædem fe-
cit

Fallor aut ex secundo axiomate (§. CCCXXV.) intelligere potes, reum homicidii esse, (1) qui tenuit gladium, in quem irruptit atque semetipse exanimauit alius (§. XXXIV, 7.) s); (2) qui, ut innocens plecteretur capite, fecit falso testimonio; (3) qui fætum in utero iam formatum & uitalem disturbauit, &, quo minus ederetur uiuus, impediuit, aut (4) editum priuauit uita, dum illum exposuit loco solitario et hyemis tempore (§. eod.), aut (5) uiuum sepiuuit t); (6) nutrix, quæ mammas dengauit, & hinc mortem attulit infanti; (7) qui

-
- | | |
|--------------------------------------|--|
| o) BERGER c. l. p. II. p. 297. | §. 15. Amsels d. de ho-
mine innocentie non occi- |
| p) CARPOV pr. crim. q. 17. nr. 26. | dendo. §. 4. |
| q) C. C. C. art. 133. | s) BERGER c. l. p. II.
obs. 99 |
| r) WILLENBERG d. de licita innocent. | t) IOACHIMI d. de uiuisepultura, |



- (7) qui aliquem in aquis suffocauit, aut
 (8) uulnere perire fecit.

§. CCCXXVIII.

Vnde, qui uulnus inflxit absolute letale, i. e. infiliale quod nulla arte sanari potest (§. CCCXIII.), aut illud, ex quo uulneratus pro sua persona, uulnerati membra qualitate, atque loci & temporis circumstantia non potuit sanus euadere ^u), homicida est.

§. CCCXXIX.

Quæ quum ita sint, ab homicidio liberare nequis, (1) probando hoc, quod ex uulnere læsus sanari potuisset, si medicus trepanationis aliorumque medium periculorum gnarus adfuisset ^x), aut emplastrum maturius, quod tamen fieri non potuit, uulnери fuisset applicatum ^y); attamen (2) probando illud, quod uel medicus uulnus neglexerit, siveque alia symptomata, immo ipsam mortem, attulerit, uel uulneratus sibi nocua comedenter, aut alio modo regimen & diætam non seruauerit.

§. CCCXXX.

Homicidæ sunt societate iuncti, qui, ut cædés committeretur (1) mandato (§.

XXIV.)

^x) BODINI d. de non requirenda letalitate uulnorum.

^y) KRESS ad C. C. C. 101.

art. 147. §. 1. n. 5.
y) BERGER Elect. Iurispr. Cr. p. II. obs,

XXIV.). z) fecerunt, aut (2) consilio (§. XXV.) a); uel (3) eo, quod occisuro arma suppeditauerint, aut (4) armata manu adstiterint; uel etiam (5) hoc, quod literas homicidium mandantes tradiderint mandatario (§. XXVI.).

MEMBRVM II.

DE

CRIMINE HOMICIDII, IL.
LIVSQUE POENA.

§. CCCXXXI.

**Criminis
homicidii****rei non
sunt, qui
cædem fe-
cerunt sine
dolo,**

Crimen homicidii est cædes hominis (§. CCCXXIV.) dolo malo perpetrata (§. XXXI.).

§. CCCXXXII.

Quare (1) neque dolus sine cæde, neque hæc sine illo constituit crimen homicidii; (2) qui dolo malo inflxit uulnus, ex quo tamen mors non sequuta, *attempti* tantum criminis homicidii reus est; (3) in reis criminis homicidii uix esse possunt (a) bruta & (b) infantes, ubi hominis morti causam dede- runt (§. XXXV.); (c) ii, qui tempo- re, quo in furorem, (d) melancholiā, (e) summam ebrietatem (§. XXXVI.), b), (f) al-

z) VISCHER c. l. pag.

529.

a) Schreiber d. de
homicidiis §. 19. seq.

b) HOMBORG Resp.

349 RICHTER dec. 1.

nr. 171. & p. V. conf. 6.
nr. 23.

(f) altum soporem (§. XXXV, 10.) c) uel
(g) iustissimam iram (§. XXXVII, 11.) sine
culpa acti, aut (h) ui, cui resisti uix po-
tuit, coacti (§. XXXIX, 3.), aut (i) ad
iussum superioris mortem, non nisi exe-
cutione mandati euitandam, comminan-
tis (§. eod. 1.) occiderunt d).

§. CCCXXXIII.

Homicida casualis, & sic extra crimen *casu*,
positus, habetur (§. XXXIV, 2.), qui in
re licita, lictio loco, modo & tempore
uersatus aliquem cecidit e), utpote (a)
chirurgus, qui uenam alicui secans tem-
pore, quo accedit femina, quam a san-
guinis effusione abhorrere nescit, huius
uel morti uel abortui causam dedit; (b)
effedarius, sine cuius culpa euerso curru
aliquis obtritus est, (c) pulsator campanæ,
ex qua quod cecidit tintinnabulum, tran-
seuntem occidit &c. f).

§. CCCXXXIV.

Idem dicendum erit de iis, qui *lege*, *lege* per-
uel *permittente* uel *iubente*, cædem fece-
mittente
runt, si uel maxime animum delinquendi uel iuben-
te, aut
habuerint (§. XX, 1.). Itaque (a) mari-
Engau Ius Crimin. M tus

c) DAMHOVDER pr. e) C. C. C. art. 146.
erim. c. 84. nr. 12. f) VISCHER c. 1. p.
d) Schreiber c. d. §. 536. Schreiber c. d.
20. seq. §. 34.



*tus uxorem, & (b) pater filiam flagrante adulterio deprehensam una cum adultero (§. CCIV, 1.) g), (c) miles hostem patriæ, aut (d) comilitonem, qui pugnare iussus in eo est, ut uexillum deferat h), (e) raptæ feminæ pater aut maritus raptorem in flagranti deprehensum (§. CCXLV.) impune cädere possunt. Sic quoque *furem nocturnum* (§. XCIV.) i), & diurnum, qui telo se defendit, telo necare potest læsus k).*

§. CCCXXXV.

ut declinet Quia denique cädem ex defensione periculum eaque necessaria ortam extra crimen ponunt leges, notes uelim, *defensionem* dici propulsationem periculi, quod sine iure in uitam, membra, honorem *, pudicitiam aut bona l) uel nostra uel familiae nostrae intenditur. *Necessaria* autem *defensio* dicitur actus, qui solus periculum propulsare potest ** m).

* Quam uarie sentiant Dd., uerba C. C. art. 138. Ehr und guten Leumuth explicantes, nos docent

g) C. C. C. art. 142.

b) RAYS. Fusskn. Best.

art. 22. Reuter-Best.

art. 61

i) BALVZ. Capit. R.

Franc. Tom. I. f. 117. C.

C. art. 150. KRESS ad

eund. §. 4.

k) OBERECHT de de-

fens. necess. c. VIII. nr.

28. seq. Mühl. stat. lib.

V. art. 13.

l) C. C. art. 150.

m) HOMFELDT ne-

cessitas exlex c. 4.



cent KRESS ad C. C. C. art. 140. not. 2. BOEHMER
Elem. Iurispr. Crim. sect. II. §. 208.

* Defensionem, quæ necessaria non est, *moderamen turtelæ*, & eam, quæ necessaria, *moderament inculpatæ tutelæ* cum *SALMONI* ouocat *CARPZOV* pr. crim. qu. 28. nr. 16. seq. sine iure propterea culpatus a *MAVRITIO* tr. *de duellis* §. 21.

§. CCCXXXVI.

Vnde has regulas deducere licebit:

- I. Non datur defensio, ubi nulla adest offensio.
- II. Vbi offensio iusta, iniusta erit defensio.
- III. Ea defensio, quæ sola læsionem iniustam propulsare potest, moderata seu necessaria dicitur.

§. CCCXXXVII.

Quandoquidem non datur defensio, ubi *offensione cessat* offensio (§. pr. 1.), intelligere potes, neminem sub defensionis pallio uim inferre posse (1) alii, quam a quo offensus est, aut (2) aggressori, quem ab offensione plane desistentem fugere n), uel ad extraneos actus conuolare uidito).

§. CCCXXXVIII.

Regula secunda (§. CCCXXXVI, 2.) iniusta im-
M 2 docet minens,

n) KRESS ad C. C. uitæ defens. fauore § 23.
art. 150. KRESS ad art. 142. § 2.

o) MAVRITIVS de not. 2.



docet, eos (1) qui a *ui iusta* (a) magistratus punientis, (b) mariti iniuriam sibi adulterio flagrante illatam vindicantis, (c) domini pignorantis &c. aut (2) a *moderata p*) eorum, quorum potestati uel praeceptis subsunt, *castigatione*, aut (3) a *uiolenta defensione* illius, quem ipsi ad summam iram prouocarunt q), se defidentes cædem faciunt, accusari posse criminis homicidii.

§. CCCXXXIX.

quodque
alio modo
pulsari non
potuit.

Ex tertia regula (§. CCCXXXVI, 3.) consequitur, ut, licet dolo, non tamen culpa careant (1) qui uiam, periculum sibi imminens propellendi leniorem, eligere, & (2) præfens iudicis * aliorumue auxilium implorare, (3) occasionem sine ullo uitæ, corporis & honoris periculo discedendi ** arripere r) &c. nolentes, sibi ipsi ius dixerunt uiolenter.

* Priscis temporibus, quibus uel plane nulla, uel non satis bene constituta erant iudicia, maiores nostri armis, bellis & duellis se suaque tuebantur, & cædes aliaque facinora mutuis cædibus & infesta ui ulcisebantur (§. CCCXIX.) M A V R I T I V S

<i>p) RIEMERI d. de necessar. defens. §. 23. Diff. OBRECHT tr. de necessar. defens. c. VI. nr. 17 seq.</i>	<i>crim. q. 29. nr. 42. r) C. C. C. art. 140. §. I. M A V R I T I V S de uitæ defens fauore §. 21 Diff. OBRECHT c. tr. c</i>
<i>q) CARPZOV. pr. X. n. 10. seq.</i>	



RITIVS de duell. §. 18. Hodie uero offensus offensori tunc demum vim inferre potest, ubi uel omni iudicis copia destituitur, uel hunc sine certo periculo expectare nequit.

** Fugam, medium ignominiosum nec certi euentus, capessere nemo cogitur. KRESS ad a. 140. * 2.

§. CCCXL.

Nec minus inde colligere licebit (1) armatum & quandoque *inermem* s) aggressorem, immo *feminam*, quæ vim masculo infert t), occidi posse; (2) offensioni respondere debere defensionem, siveque (3) ob *uerba minitantia**, quæ simplicia sunt, quorumque executio iuste non metuenda u), non dari locum occisioni; (4) uix esse, cur (a) defensor tenetur *iisdem armis* uti, quibus offensor x), aut (b) *primum expectare iustum* y);

* An quis ab alapa se defendere queat gladio, supra (§. CCCXII.) disputauimus, & ante nos disquisierunt DAMHOVDER pr. crim. c. 79. n. I. TILESIVS d. de homicidio ob alapam. CRELL. d. de iure man. c. 2 §. 57. RIEMER de necess. defens. th. 24. OBRECHT c. tr. c. XIII. nr. 9. seq.

M 3 §. CCCXLI.

- | | |
|--|--|
| s) MAVRITIVS tr.
de duell. §. 26. | x) Mühlpfort c. d.
th. 12. c) MAVRI- |
| t) C. C. a. 144. | TIVS c. tr. §. 22. |
| u) MULLERI d. de
uerb. minitant. c. 3. th.
3. seq. Mühlpfort d. de
legit. defens. th. 2. a) | y) C. C. a. 140. §. 2.
OBRECHT c. tr. c. XI
nr. 10. seq. |



Quinam
criminis
homicidii
rei

§. CCCXL.

Quia crimen homicidii est cædes hominis dolo malo perpetrata (§. CCCXXXI.); nemo dubitabit, quin rei criminis homicidii sint (1) qui ebrietatem quaesiverunt, ut eo audaciores essent ad committendum homicidium postea secutum (§. XLI, 1. XIX, 2.), (2) qui Caium, non necessitate urgente, sed dolo malo occisorus occidit Mæuium (§. XXXVIII, 2); (3) qui ipse causa fuit doloris summi, quo durante comisit homicidium.

§. CCCXLII.

Sic quoque (4) voluntarius auctor illiciti facti, unde cædes hominis necessario secuta, reus est criminis homicidii (§. XXXIV, 7.) a). En causam (a) cur Dd. animum occidendi distinguant in directum & indirectum b)*, atque (b) iura homicidiam habeant (a) eum, qui aliquem vulneraturus occidit c), (β) medicum, qui spe maioris lucri ægroti vires pharmacis suis debilitaturus uitam ei penitus eripuit d)

* Hic ex instrumento lethifero, quo quis usus est, col-

z) STRVV obs. crim. 320. BERGER Elect.
c. VIII. obs. 4. KRESS iur. Crim. p. 81.

ad art. 145. §. 2. c) L. Wifig. VI, 5, 6.

a) LEYSER spec. 603. S T R V V obs. crim. VIII,

b) H O M B O R G R. 26. p. 63.

d) C. C. art. 134. §. 3.



est, colligitur, & quidem eo certius, quo magis hoc per se lethale est.

§. CCCXLIII.

Qui dolo malo (1) aliquem tenuerunt, eorumque aut (2) de loco in locum duxerunt *e*), ut *socii*? eo facilius ab alio occideretur; (3) cædem meditanti arma suppeditarunt letifera; (4) familiæ suæ, arma letifera sumenti, & in Caium stringenti, connuerunt; (5) literas homicidium mandantes transtulerunt (§. XXVI.); (6) uerberationis *f*) (§. XXXIV, 7.), uel (7) ipsius cædis causam necessarium præbuerunt mandato, consilio *g*) &c. criminosis homicidis societate iuncti sunt.

§. CCCXLIV.

Contra non nisi quⁱ criminis homicidii rei sunt (1) qui per iocum *b*), lasciuiam *i*), adfectatam peritiam, imprudentiam *k*) &c. aliquem necarunt; (2) qui rei illicitæ dederunt operam, unde mors alicuius per accidens & inopinato secuta (§. XXXIV, 7.); (3) qui in re licta illicito modo, loco aut tempore uer-

Qui qu. cri-
minis ho-
micii di-
cantur rei?

M 4 fati

- e) THESSAURVS cent. 5. decis 73.
dec. 31. b) CAEPOLLA
f) MVLHAVSE d. de conf. 31.
pœna talion. in homici- i) C. C. C. art. 146.
dio sect. 1. §. 24. k) C. C. C. art. 134.
g) BRVNNEMANN §. 1.



sati *l*) (§. LII, 1.) mortem alicui attulerunt, speciatim *(a)* qui transiliuerunt metas moderaminis inculpatæ tutelæ (§. CCCXXXVII. seq.) *m*), *(b)* maritus, qui adulterum aut raptorem in flagrante non deprehensum occidit (§. CCIV, 2. CCXLV.) *n*) &c. *(4)* qui canem saxis petens prætereuntem interfecit; *(5)* qui telum, quo usus est, ex probabili causa non habuit letiferum; *(6)* qui non satis custodivit bestiam, quam ad lædendum pronam cognouit, atque illius feritate postea homo periit *o*); *(7)* qui curru, quem culpa euertit, aliquem obtrivit *p*).

§. CCCXLV.

*Pœna de
iure anti-
quo, &*

Crimen homicidii maiores nostri *ab initio* vindicarunt nulla, *post* pecuniaria pœna ***, quæ pro diuersitate homicidiorum, hominum occisorum, loci, modi occidendi, aliarumque circumstantiarum, erat uaria *q*). Quam qui soluere non

-
- | | |
|--|--|
| <i>l</i>) <i>I. P. Sueu.</i> c. 212.
ed. SCHANNAT. C.
<i>C.</i> art. 134. BERGER
<i>c.</i> l. p. II. obs. 120. | <i>Stat. lib. V.</i> art. 19.
<i>p</i>) <i>C. C.</i> art. 218. ibi
que interpretes. |
| <i>m</i>) <i>C. C.</i> art. 142.
<i>HOMBORG</i> Resp. 156. | <i>q</i>) <i>L. Baiuu.</i> tit. III.
<i>Anglion</i> , I, 1. <i>Frif.</i> I, 1.
<i>Saxon.</i> II, 1, 3. 4. <i>Lon-</i> |
| <i>n</i>) <i>LEYSERI</i> d. <i>de</i>
<i>marito iusto adult. pu-</i>
<i>nit.</i> nr. 5. 6. | <i>gob.</i> I, 3. 9. 11. <i>L. Sal-</i>
<i>XXVIII.</i> <i>XXXVIII.</i>
<i>XLIV.</i> seq. <i>L. Ripuar.</i> |
| <i>o</i>) <i>I. P. S.</i> II, 62. C.
<i>C.</i> art. 136. <i>Mülhäuser.</i> | <i>VII.</i> seq. <i>L. Alam.</i>
<i>LXVIII.</i> |



non poterat, post legem de chrenecrun-
dar) a Childeberto sublatam s), ad illius
caput omnem causam pertinuisse legi-
mus t). Denique cædem hominis ca-
pitalem esse uoluerunt Reges Carolingi-
ciu), mores medii æui x) atque Frideri-
cus Imp. y).

* Excipe tamen (1) *Wisigothos & Burgundiones*,
quorum illi homicidas mox capite mox muleta, bi-
uero, nisi cædes serui non regii facta, sanguine
plectebant. L. *Wisig.* VI, 5. 6. 11. L. *Bur-*
gund. II, 1. 3. 4. IX, 1, seq X, 1, seq. (2)
fuo modo *Saxones*, qui occisorem sacerdotis do-
mini uel dominæ punierunt capite. L. *Sax.* II,
2, Capit. *Caroli M.* de part. *Sax.* §. 4. 12.

§. CCCXLVI.

Quæ licet ita contigerint, tamen cri-
men homicidii hinc inde* pecuniaria
pœna lui potuit ad tempora usque Caro-
li V. z), qui illud ubique in Germania
capitale fecit a).

* Sic antiquiora statuta Norica iubent, homi-
cidas centum libris hallerorum & relegatione
M 5 decen-

- r) L. *Sal.* tit. LXI, c. 114. ed. BERGER.
ibique ECCARDVS. y) L V D W I G. reliq.
s) decreto c. XVI. To. II. p. 193.
t) L. *Sal.* LXI, 3. z) H E I N E C C I V S
u) *Capitul.* VI, 1. 5. Elepn. I. G. II, 26, §. 282,
39. VII, 183. seq.
x) I. P. S. II, 13. Squen. a) C. C. art. 137.



decennaria puniri. DANNREVTHER Nem. No.
rica p. 70. Eiusdem fere tenoris sunt statuta
Ilmensia de A. 1350.

§. CCCXLVII.

Ex quibus
causis ea
exaspere-
tur.

Quæ pœna extrinsecus qualificatur (§.
LXIII.) b) in eo (1) qui iterati homici-
dii factus est reus (§. LV, 5.); (2) qui
eminentioris dignitatis hominem, domi-
num, magistrum, consanguineumue
suum (§. eod. n. 3.), aut (3) *V. D. M.*,
dum *sacra fecit*, aut (4) alium in eccle-
siam die feriato tendentem, occidit (§.
eod., 4.); (5) qui uel *imprægnatam*, ne
stuprum manifestetur, uel *complices de-
licti*, ne ueritas criminis innotescat, in-
terfecit (§. eod. 6.) c), aut (6) in hominis,
quem interemit, *cadauer sœuit d).*

§. CCCXLVIII.

cesset,

Omnis pœna CESSAT, ubi homicidi-
um (1) lege permittente (§. CCCXXXIV.),
uel iubente, aut (2) in *infantia e*), *furore*,
melancholia &c. (§. CCCXXXII, 3. XXXV.
seq.), aut (3) *ad iussum principis* (§.
CCCXXXI, 1.), aut (4) ex *necessitate*, ser-
uatis limitibus (§. CCCXXXV. seq.) f)*
aut

b) KRESS ad eund.
art. §. 2.

c) BERGER *El. Iur.*
Cr. p. 98.

d) BEYER ad art.
137. pos 16.

e) I. P. Suen. c. 118.
f) C. C. C. art. 139.



aut (5) casu (§. CCCXXXIII.) g) commis-
sum est.

* Offensio sine iure facta ubi per testes, uel, his
deficientibus, per coniecturas C. C. a. 142 pro-
bata est, moderamen inculpatæ tutelæ præsumi-
tur usque dum iudex accusatorue probauerit ex-
cessum.

§. CCCXLIX.

MITIGATVR contra, quoties uel do mitigetur.
lo uel facto aliquid deest. Itaque homi-
cidii accusatus iure excipit (1) de cæde
nondum consummata (§. LXXXIX.) h),
(2) de morte non ex uulnere sed *culpa*
medici aliusue sequuta (§ CCCXXVIII. i),
(3) de cæde in *minorenni ætate* aut (4) ex
imprudentia k) aliaue culpa leuiori facta
(§. CCCXLIV.), (5) de *excessu* in mode-
ramine inculpatæ tutelæ, uel causæ uel
modi uel temporis intuitu commisso (§.
CCCXXXVII. seq.) l), (6) de usu *teli*
*non letiferi**; neutiquam uero (7) de
ioco, si hic admodum illiberalis & illi-
citus esset, (8) de *errore* circa per-
sonam commisso (§. CCCXLI. 2.), aut de
eo, (9) quod nobilis m) sit uel cleri-
cus

g) C. C. art. 146.

l) CARPZOV. pr.

h) SCHROETER de

crim. qu. 29. seq.

eo quod iustum est cir-

ca uulnera §. 68. seq.

m) NOLLEN de no.

e) C. C. C. art. 147.

bilit. c. 15. nr. 4. seq.

k) Mühlhaus, Stat. lib.

MAVRITIUS de nobi-

V. art. 16.

lit. §. 41. seq.



cus n), (10) quod uolentem occiderit o), (11) quod cum occisi heredibus transigerit (§. LXXXV. γ) p); (12) quod uulnerationem tantum mandauerit (§. CCCXLIII, 6.) q).

* Hi pro uario gradu culpæ mox fustigationis perpetuæ relegationis mox relegationis temporariæ uel carceris diuturnioris pœna adficiuntur, mox ad unum pluresue dies carceri includuntur, uel mulctæ coercentur.

§. CCCL.

Homicidium in
turba com-
missum.

Homicidio in turba commisso, uidentur: subito contigerit turba, an prævia conspiratione? Hoc casu omnes ordinaria r), illo autem (1) omnes, etiam auctores rixæ s)*, extraordinaria pœnat) persequitur Nemesis, si (2) exceperis uulneris lethalis auctorem, de quo satis constat. Quod si (3) plura uulnera, quibus quis perit, sint *lethalia*, &, quis primum morti-

n) CARPOV. c. l.
q. 2. MYLIVS Corp.
Const. March. p. II. sect.
3. nr. 36.

o) Diff. KRESS ad
art. 134. §. 4. * 2.

p) BAD. L. R. p. VII.
tit. 16. §. 1.

q) Diff. CRVSIVS
ad ius statut. Mind.
p. 319.

r) C. C. art. 184. ibi-
que KRESS §. 1.

s) BERGER de au-
ctore rixæ §. 9. MAT-
THAEI de crimin. ad
XLVIII, 4, 3

t) MULLERI d. de
homicidio a plur. com-
misso sect. 2. §. 13.
WERNHER p. IV, obs.
13. FARINACIVS pr.
crim. qu. 92. nr. 34.



mortifere percutserit? incertum, omnes,
qui unum ex lethalibus uulneribus infli-
xerunt **, plectuntur capite ***.

* Iure tamen Austriaco uitam perdit, qui rixæ au-
tōr fuit. *Ord. Crim. Austr.* art. 64.

** Hoc admodum durum pronuntiant KRESS ad
C. C. art. 148. §. 5. BEYER ad eund. pos. 23.
seq. aliquie, nec, me quidem iudice, sine ratio-
ne. Contra uerbis articuli stricte inhærendum
esse putant CARPZOV pr. *crim.* q. 25. nr. 30.
STRYK V. m. ff. h. §. 7. & alii.

*** Olim non nisi illum, quem fors nominauerat,
uita priuabant Frisi. *L. Fris.* tit. 14.

MEMBRVM III.

D E W E R G E L D O.

§. CCCLI.

Wergeldum * est hominis perempti ** Wergel-
dum, ab occisore præstanta dum
ei, qui iniuriam sibi omnium maxime
cæde illatam vindicaturus est. Dicitur
ab effectu *Cenegild*, *cynigild*, *cynebot*, *Sō-
nisbot*, & a statu pereinti iam æstimati
hominis *Megbote*, *Maegbot*, *manbot*, *leu-
dum*, *leudis*.

* Hoc olim differebat a *Widrigildo* (§. XC.). Post-
ea uero, superhabita distincta pronuntiatione,
hæc uocabula sunt confusa, & per uocabulum
Wergeli sæpe bruti interentiæ æstimatio significa-
ta est. Id quod intelligere potes ex *I. P. S.* II,
40. & pluribus te docent *ECCARD* ad *L. Sal.* LV,
I. MEINDERS de iudiciis ceteris. c. 6.

** Wer-



** Wergeldum ob inficta vulnera olim solui debitum I. P. S. II, 16. hodie in Sax. El. cessat ut const. 42. p. IV. CARPZOV pr. crim. q. 34. nr. 40. seq.

§. CCCLII.

cui

Vnde (1) wergeldum liberi hominis petunt *agnati u)* cædem vindicaturi *x),* proprii uero *dominus;* (2) ubi non proximus sed remotus agnatorum vindicat cædem, huic non illi wergeldum debetur; (3) aliis wergeldum petere, aliis hereditatem adire potest, sicque (4) ex petitione wergeldi non constat de hereditatis aditioney).

§. CCCLIII.

Agnatis deficientibus*, hodie wergeldum cedit cognatis, imo feminis *z),* si necem vindicare intenderint *a);* nunquam tamen *magistratui b).*

* Quandoque cognati una cum agnatis eiusdem gradus ad cædem vindicandam, sicque ad wergeldum petendum, admissi sunt CARPZOV pr. crim. q. 34. nr. 59.

§. CCCLIV.

<i>u)</i> SPEELMANN <i>glossar.</i> u. faida.	<i>a)</i> IDEMP. IV. const. II. def. 8. 9. ZOBEL p. x) I P. S. II, 14. III, 42. WEHNER U. Mannigeld.	<i>b)</i> Diff. KAYSER y) PFEIL. consil. 23. pr. crim. p. m. 178. seq. z) CARPZOV, dec. 296. nr. 38. seq.
--	---	---



§. CCCLIV.

Wergeldum debent, (1) non dolosi aut a quo, casualis c), sed *culposi homicidiireus* * d), ut-pote (a) qui limites moderaminis in culpa-tæ tutelæ transiliuit &c. e) (§. CCCXLIV.) (b) maritus, qui uxorem suam adulteram, quam in flagranti crimine non deprehen-dit, occidit f), (c) qui sine causa aluit no-cium animal, quo homo imperfectus est g); (2) culposi homicidarum socii, & quidem ita, ut unius solutio uix liberet reliquos h).

- Illum, qui poenam corporalem sustinuit, const. el. 11. p. IV. eum uero, cui poenam corporalem remisit principis gratia, praxis a wergeldo soluen-do uult esse liberum. MARTINI ad O. P. S. tit. 36. §. 1. nr. 60. seq.

§. CCCLV.

Quantitas wergeldi (1) olim fuit uaria quantum pro uarietate nativitatis, conditionis & status personarum occisarum i); *hodie uero ea, nulla dignitatis ratione habita, XX. imperia-*

- | | | |
|---|------------------|--|
| c) CARPZ. pr. crim. | 95. nr. 18. seq. | g) THOMAE de noxa animal. c 9. |
| qu. 27. nr. 53. RICHTER dec. 2. BERGER p. II. obs. 109. | | b) GRANTZ def. in quis. c. 6. m. 1. p. 13. nr. 12. CARPZOV pr. crim. q. 34. nr. 32. seq. |
| d) I. P. S. II, 38. 65. | | i) L. Sax. II, 1. 3. 4. Fris. tit. 15. Alemann. tit. |
| e) MAVRITIUS O-pusc. p. 926. BERLICH p. IV. concl. 18. nr. 34. seq. | | f) CARPZOV decis. 68. I. P. S. II, 16. III, 45. |



imperialibus absoluitur k); (2) sicut olim l), ita hodie, quod ad dimidiā tantum partem debetur, si femina occisa.

§. CCCLVI.

quem in finem debetur?

Wergeldi *solutione* ciuale s̄titutū iudicium, olim uero impeditabatur, quo minus susciperentur inimiciæ occisi patris & propinqui *. Quandoque agnati partem wergeldi iubebant esse solatio occisi animæ m).

* Interim tamen per annum reo non licebat cum agnatis occisi conuersari, ne odium ex cæde natum, wergeldo sopitum, recrudesceret. KRESS comment ad C. C. art. 137. §. 2. n. 2. p. m. 450. Quæ forsitan causa, cur homicidam per annum ab urbe abesse iubeant aliqua statuta, utpote Francofurtensia, teste SENCKENBERGIO sel. iur. & hist. To. I. p. 6. atque Ilmensia, quod obseruavit SCHILTER. exerc. 49. §. 17.

TIT. XXVIII. DE LATROCINIO.

§. CCCLVII.

Latrociniī

Latrocinium * est cædes hominis animo lucrandi facta.

* Latrocinia, prout extra aut intra cuiusque ciuitatis fines facta erant, uel ignominiam adferre uide-

k) CARPOV q. 34. WEHNER obs. pr. nr. 24. seq. Wehrgeld.

l) I. P. S. III, 45. eccl. contin. 2. p. 307. m) L V N I G spicil.

